

## Nachtrag zu den von Dr. Naumann auf der Expedition der Gazelle gesammelten Flechten

bearbeitet von

Prof. Dr. J. Müller (Müll. Arg.).

(Vergl. Bot. Jahrb. Bd. IV, p. 53—58).

*Gonio nem a velutinum* Nyl. Syn. p. 88; *Thermutis velutina* Körb. Par. p. 450; *Guinea liberica*, prope Monrovia ad saxa quartzosa: n. 22 (sterile).

*Leptogium phyllocarpum* Montg. Syll. p. 379; Timor, truncicolum in silvis montanis ad pedem Taimanani: n. 386.

*Leptogium javanicum* Montg. Syll. p. 379; *L. sphinctrinum* Nyl. Syn. p. 431; Neu-Hannover, n. 491.

*Leptogium inflatum* Müll. Arg., thallus plumbeo-glaucescens, lobatus, lobi varie divisi, ultimi ambitu rotundati et integri, utraque facie laeves et nudi, madefacti pellucidi, epidermidis cellulae irregulariter pentagonae; thallus supra crebre in lacinulas caespitosas late inflato-cavas magnas, 2— $3\frac{1}{2}$  mm. latas, 3—6 mm. longas erectas simplices et rotundato-obtusas et laeves v. superne iterum 2—3-gibbosas v. subramulosas abiens; apothecia ut in *L. tremelloide*, sed paullo minora, magis biatorina, versus marginem laciniarum sparsa, pauca; sporae 18—25  $\mu$  longae et 7— $8\frac{1}{2}$   $\mu$  latae, saepe subsigmoideae, utrinque acuminatae, 3-septatae, loculi intermedii semel longitrorsum divisi. — Juxta *L. foveolatum* Nyl. locandum. Species insignis. — Nova Guinea, corticolum: n. 409.

*Leptogium diaphanum* Nyl. Syn. p. 125; Ascension, altit. circ. 2000 ped., inter caespites Physciae leucomelas: n. 46.

*Argopsis Friesiana* Müll. Arg. in his Jahrb. supra p. 54; huic sub synonymi titulo evidenter adjungendum est *Stereocaulon cymosum* Cromb. in Journ. of the Linn. Soc. 1877 vol. 15 p. 182, non nisi sterile cognitum, ex data diagnosi cum speciminibus sterilibus Argopseos optime congruens. Alia species Stereocauli caeterum hucusque in Kerguelis non observata est et *Argopsis ipsa* in Enumeratione Lichenum omnium usque ad annum 1879 cognitorum a cl. Cromb. praetervisa fuit. — Kerguelen, saxicola, haud infra 500 ped.: n. 255 (sterilis) et 258 (fertilis).

*Cladonia squamosa* Hoffm. v. *gracilenta* Müll. Arg., podetia 1— $1\frac{2}{3}$  v. raro 2 cm. longa,  $\frac{2}{3}$ — $1\frac{1}{3}$  mm. crassa, rigidula, albida, inferne squamulosa, caeterum undique tenuiter granulosa, demum pro parte enodata et laevia, subcostata, simplicia, apice nonnihil cyphiformi-dilatata et apice verticillatim brevissime ramuligera, ramilli quasi basi in cyphulum connati, erecti, subduplo longiores quam lati, granulati et ipsi apice confertissime minute polycarpi. — Eadem plantam antea (Lich. Gazelle p. 53) e speciminulis valde mancis erronee ad similem *Cl. fimbriatam* v. *gracilenta* Nyl. retuli. Juxta *Cl. squamosam* v. *lacteam* Flk. Clad. p. 134 et *Cl. squamosam* v. *tenuiusculam* (*Cenomyc. squam.* v. *tenuiusc.* Del. in Duby Bot. gall. p. 626) locanda est. — Kerguelen, ad herbas et muscos destructos: n. 257.

*Ramalina dendriscoides* Nyl. in Flora 1876 (Ramalin. cub. n. 4), var. *subnuda* Müll. Arg., ramuli omnino v. fere omnino esorediosi, ultimi filiformes leviter noduloso-inaequales, vix nisi ad nodositates paullo sorendioso-erosi; apothecia ignota. — Similis *R. dasypogoni* Tuck., sed rami, praesertim infimi, distincte compressi et magis anguloso-inaequales — Ascension, corticola, altit. 2000 ped., n. 43.

*Ramalina maculata* v. *tenuis* Müll. Arg. L. B. n. 127, Guinea liberica ad Monrovia, ramulicola: n. 21.

*Ramalina farinacea* v. *nervulosa* Müll. Arg. L. B. n. 558; Timor, prope Kupang, ramulicola: n. 381 (sterilis).

*Evernia Prunastri* Ach. Lichenogr. Univ. p. 442; Ascension, alt. 2000 ped., ad lavam (sterilis).

*Theloschistes flavicans* Norm. Con. praem. gen. Lich. p. 17; Ascension, alt. 2000 ped., ramulicola: n. 42 (sterilis).

*Parmelia latissima* Fée Ess. Suppl. p. 119; Timor, prope Kupang ad ramos arborum: n. 381 (sterilis).

*Parmelia perforata* v. *cetrata* Nyl. Syn. p. 378; Ascension, alt. 2000 ped., ramulicola, sub caespitibus *Theloschistes flavicantis*: n. 42 (sterilis).

*Parmelia perlata* v. *olivaria* Ach. Meth. p. 247; Ascension, altit. 2000 ped., ad ramos: n. 42 (sterilis).

*Parmelia Soyauxii* Müll. Arg. Lich. Afric. occid. n. 40; Ascension, ad lavam: n. 36 (sterilis, caeterum evoluta; fragmentula sterilia ejusdem antea, Lich. Gaz. p. 55 pro simillima mea *Parmelia tiliacea* v. *rimulosa* habui).

*Parmelia limbata* Laur. in Linnaea 1827 vol. 39. t. 4. Fig. 2; Müll. Arg. L. B. n. 444; insula Salomonis Bougainville, ad trunco arborum; n. 526.

*Physcia leucomelas* Mich. Flor. Bor. amer. 2. p. 326; Ascension, alt. 2000 ped., saxicola: n. 46 (sterilis).

*Physcia speciosa* v. *hypoleuca* Nyl. Syn. p. 417; Ascension, alt. 2000 ped., terricola: n. 45 (sterilis).

*Physcia picta* v. *sorediata* Müll. Arg. Lich. Afr. occid. n. 42; Timor, ad cortices annosos in silvis montanis ad pedem Taimanani: n. 386.

*Amphiloma murorum*  $\beta$  *lobulatum* Körb. Par. p. 48; Ascension, ad saxa basaltica et dein eodem loco ad stercora emigratum: n. 40, 41.

*Amphiloma depauperatum* Müll. Arg.; thallus placodialis, arcte adnatus, margine radians, ceterum diffracto-subareolatus, areolae demum turgidulae, saepe dispersae, peripheriae crenulatae, omnes supra laevigatae et vitellinae v. demum decolorato-albescentes; lamina et structura paraphysium ut in affinibus, hae tamen superne vix moniliformi-articulatae; asci angusti, 8-spori; sporae (oreculiformes) 9—13  $\mu$  longae, 5—7  $\mu$  latae, ambitu eximie ludentes, demum globoso-ellipsoideae. — Habitu et colore proxime ad *Amphiloma medians*, s. *Physciam* medianem Arn. accedit et similiiter saepe disperso-areolata, sed thallus laevigatus est ut in *Amph. Heppiano* Müll. Arg. — Ab *Amph. elegante* etiam in Kerguelenland crescente jam thallo arcte adnato, omnino aliter colorato et apothecis non sessilibus sed subinnatis differt. — Kerguelen ad Betsy's Cove, saxicolum: n. 403.

*Placodium* (s. *Placopsis*) *gelidum* Körb. Syst. p. 417; *Lecanora gelida* Ach. Lich. Univ. p. 428; Kerguelen, ultra 300 ped. alt., saxicolum: n. 204. — — *Placodii* sect. *Placopsis* Müll. Arg. eadem est ac *Squamariae* sect. *Placopsis* Nyl. Addit. ad. Lich. And. Boliv. p. 376, praesentia cephalodiorum et forma linearis ascorum distincta.

*Placodium* (s. *Placopsis*) *bicolor* Müll. Arg.; *Placodium bicolor* Tuck. in Bull. of the Torrey Club 1875 p. 57 (sc. *Placodio* sporis orculiformibus); *Squamaria lateritia* Nyl. Enum. gen. p. 44 (nomen nudum); *Lecanora gelida* v. *lateritia* Cromb. Lich. Kerg. p. 3; *Placopsis gelida* f. *lateritia* Nyl. in Cromb. Revis. Kerg. Lich. p. V. Praeter colorem valde simile est *P. gelido*, sed thallus validior, ambitu vulgo amplius lobatus, areolae centrales convexiores et apothecia alia: margo lobato-crenatus et discus rufo-fuscus (nigro-fuscus Tuck.). Color aurantiaco-lateritius caetereum revera non genuinus videtur, in specimine uno enim, ubi partim cum caespite *Andreaeae* connexus saxo minus arcte adhaeret distinet in olivaceum (non album *Pl. gelidi*) vertit. Sporae simplices sunt (nec orculiformes), et structura internarum partium cum illa *Pl. gelidi* bene congruit. — Kerguelen, alt. 300—2000 ped., saxicola, raro fertilis: n. 403, 204.

*Placodium* (s. *Aspiciliopsis*) *macrophthalmum*; *Urceolaria macrophthalma* Tayl. in Lond. Journ. of Bot. 1844, p. 640; *Lecanora macrophthalma* Cromb. in Journ. Linn. Soc. v. 14, p. 220 et v. 15, p. 185; Tuck. in Bull. Torr. Club 1877, p. 58; Kerguelen, saxicola, varia altitudine cum praecedente in insula late dispersa et frequenter cum aliis Lichenibus mixta: n. 403, 244 et aliis admixtum. — — *Placodii* s. *Aspiciliopsis* Müll. Arg. iisdem characteribus omnibus gaudet ac *Pl. sect. Pla-*

copsis, sed apothecia innata sunt ut in Lecanorae sect. Aspicilia, et quidem distinctius quam in laudata Aspicilia. — Thallus vulgo omnino crustaceus valide limitatus est, interdum autem margine distincte radiatim evolutus est, at laciniae ad extremitates tantum breviter liberae sunt. Affinitas naturalis et carpica cum sect. Placopside caeterum est arctissima.

*Placodium* (s. *Aspiciliopsis*) *antarcticum* Müll. Arg.; thallus placodialis, arete adnatus, ex initio monophyllo radiatim laciiniatus, laciniae contiguae et applanatae, ultimae late et obtuse lobulatae, in extremitate non linea nigra zonante terminatae, lateritio-aurantiaceae, e laevi demum minute ruguloso-inaequales; apothecia minuta, tantum poro perspicua, dein accreta in protuberantia nano-hemisphaerica rugulosa vertice deppressa defossa et porinoidea aut thelotremoidea, rarius dein apertura majore discum  $\frac{1}{2}$  mm. latum rufo-fuscescentem defossum ostendentia; lamina praeter epithecium aurantiaco-rufescens hyalina; paraphyses tenellae, capillares; asci lineares, 8-spori; spora uniserialis, simplices, hyalinae, ellipsoideae, 20  $\mu$  longae, circ. 13  $\mu$  latae. — Thallus junior perfecte »Lecanoram fuscata v. synopicam« simulat. — Color thalli verisimiliter spurius, quasi oxydatus est, sed praeter eum species a Pl. macrophthalmo, quocum commiscue crescit, thallo molliore, crassiore, linea hypothallina deficiente et protuberantiis thallinis, interdum fere marginem simulantibus, optime diversum est. — Kerguelen, at Betsy's Cove, altit. circ. 500 ped.: n. 191 et 241.

*Placodium* (s. *Urceolina*) *Kerguelense* Müll. Arg.; *Urceolina Kerguelensis* Tuck. in Bullet. of the Torrey Bot. Club. Oct. 1875, p. 58 (a cl. Dr. NYLANDERO ap. Cromb. Revision of the Kerguelen Lichens coll. by Dr. HOOKER in Journ. of Bot. 1877, p. V, falsissime ad specierum seriem Lecanorae subfuscæ relata); *Lecanora Kerguelensis* Cromb. in Journ. of Bot. 6, p. 106 et Bot. of Kerguel. Island Lich. p. 4, n. 44. — Kerguelen, frequens ad saxa basaltica altit. 500—2000 ped.: n. 103 et 241. — — Sit sectio *Placodii* characteribus legitima et habitu bene distincta, sub nomine *Urceolina* servanda. Est quasi *Amphiloma* quoad habitum, *Placodium* (nostro sensu) e sporis simplicibus, sed apothecia sunt plus minusve profunde gyalectiformi-innata, margine nec thallino nec proprio praedita, thallo ipso circumcirca limitata et demum thallo cingente (margine spurio) apice centrum versus connivente ibidemque nigrescente et superficie spurie in marginem proprium abeunte pro parte decolorato et demum in lacinulas convergentes diviso cincta; structura interior apotheciorum caeterum ad amussim cum *Placodii* sectionibus *Placopside* et *Aspiciliopsis* (ascis linearibus, sporis uniserialibus, paraphysibus capillaribus) convenit; apothecia juniora ut in *Placodii* sect. *Aspiciliopsis*, unde vera affinitas naturalis optime patet.

*Dimelaena Ascensionis* Müll. Arg.; thallus placodialis, albus, centro bulloso- v. toruloso-subareolatus, peripherice v. fere undique ra-

diatim effiguratus, laciniae  $\frac{1}{2}$ — $\frac{4}{5}$  mm. latae, convexae, ultimae adplanatae, omnes arcte adnatae, superficie laeves; apothecia sessilia (unicum vix  $\frac{1}{2}$  mm. latum at sporis jam bene evolutis praeditum vidi), crassiuscula, margine omnino thallino crassiusculo et integro obtuso albo cincta, discus obscure fuscus, nudus; epithecium fusco-nigricans, lamina subhyalina, hypothecium inferne fuscum; asci 8-spori; sporae fuscae, 2-loculares, oblongo-ellipsoideae, 9—12  $\mu$  longae, 5—6  $\mu$  latae. — Habitu ad »Ricasoliam candicantem« Auct. accedit, sed lacinulae longe magis torulosoturgidae et sporae non hyalinae. — Ascension, ad saxa basaltica: n. 37.

*Lecanora subfuscata* v. *subgranulata* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 26; Timor, in silvis montanis ad pedem Taimanani, corticola: n. 386.

*Lecanora subfuscata* v. *chlorona* Ach. Syn. p. 158; Ascension, ramulicola, cum *Opegrapha aterula* et *Patellaria atlantica*: n. 42.

*Lecanora umbrina* Mass. Ric. p. 10; Kerguelen, Betsy's Cove, inter areolas thallinas *Amphilomatis* depauperati.

*Lecanora sublutescens* Nyl. ap. Cromb. in Journ. of Bot. v. 14, p. 21 et vol. 15, p. 186; Kerguelen, Betsy's Cove: n. 103. — Sporae hujus speciei nondum cognitae sunt, in fragmentulis a me visis non nisi apothecia novella exigua carnea vidi sporis omnino destituta.

*Callopisma subunicolor*; *Lecanora subunicolor* Nyl. ap. Cromb. Lich. from the Cape of Good Hope in Trimen Journ. of Bot. 1876 v. 14, p. 19 et 1877 p. 122; Kerguelen, ad Betsy's Cove, saxicolum, commixtum cum *Amphilomate* depauperato: n. 103.

*Lecidea subassentiens* Nyl. ap. Cromb. in Journ. of Bot. v. 14, p. 21 (1876) et v. 15, p. 188; Kerguelen, ad Betsy's Cove: n. 103.

*Patellaria* (s. *Catillaria*) *basaltica* Müll. Arg.; thallus tenuissimus, continuus, effusus, submaculiformis, olivaceo-nigricans v. olivaceo-fuscus; apothecia  $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{4}$  mm. lata, adnato-sessilia, tota nigra, crassiuscula marginata, discus planus et nudus; epithecium sumnum atro-fuscum, lamina virenti- v. aeruginoso-hyalina v. hyalina, hypothecium crassum fusco-atrum; paraphyses separabiles, apice capitatae; asci 8-spori; sporae hyalinae, 2-loculares, ovoideae, medio constrictae, utrinque late rotundato-obtusae, 15—18  $\mu$  longae et 8—10  $\mu$  latae. — Valde affinis europaea *Patellariae Hochstetteri*, sc. *Catillariae Hochstetteri* Körb. Par. p. 195, sed thallus obscurior, apothecia plures minora, crassius marginata et epithecium aliter coloratum. — Kerguelen, ad Betsy's Cove, aliis Lichenibus parcissime intermixta.

*Patellaria* (s. *Bacidia*) *atlantica* Müll. Arg.; thallus tenuissimus, maculiformis, albidus, evanescens, laevigatus; apothecia  $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$  mm. lata, sessilia, juniora rufo-carnea, plana, margine concolore v. paullo obscureiore vix prominulo cincta, demum nigrescentia, opaca, nuda, plana aut leviter convexa, intus pallida; epithecium rufo- v. subcerasino-fuscum,

lamina ceterum cum hypothecio hyalina, circ. 60  $\mu$  alta; paraphyses con-glutinatae; sporae in ascis octonae, rectae v. subrectae, aciculari-fusi-formes, 28—32  $\mu$  longae,  $2\frac{1}{2}$   $\mu$  latae, evolutae regulariter 7-septatae. — Proxime affinis neocalledonicae Patellariae superulae (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 436. — Ascension, ad ramulos sicclos: n. 42.

*Buellia punctiformis* Mass. Ric. p. 82; in Guinea ad Monrovia, ramulicola inter caespites Ramalinae maculatae v. tenuis: n. 21.

*Buellia subplicata*; *Lecidea subplicata* Nyl. ap. Cromb. in Journ. of Bot. v. 43, p. 334 et v. 45, p. 190; hypothecium immediate sub lamina latiuscule hyalinum est, inferne autem atro-fuscum. — Kerguelen: n. 403.

*Ocellularia Papuana* Müll. Arg.; thallus pallide olivaceus v. non-nihil flavescenti-olivaceus, late expansus,  $\frac{1}{2}$  mm. crassus v. tenuior, laevis et nitidulus, sterilis aequalis; apothecia in emergentiis depresso-hemisphaericis thallinis  $4\frac{1}{2}$  mm. latis rotundato-obtusis basi sensim in thallum horizontalem abeuntibus (nec basi constrictis) et apice obtuse umbilicatis defossa; discus fusco-rufus, angustie ostioli fere omnino oclusus; peritheciun simplex, lateraliter fulvo-brunnescens, inferne subhyalinum, undique tenue, apice a thallo marginante non conniventer secedens; epitheciun fuscescens, lamina caeterum hyalina; paraphyses capillares et simplices; asci 4—6-spori; sporae hyalinæ, limaciformes, 65—75  $\mu$  longae, 12—15  $\mu$  latae, obiter sigmoideæ, utrinque obtusae, 12—15-locales, loculi lentiformes ut in *Graphidibus*. — Nulli arcte affinis. — Corticola in Nova Guinea, patria Papuanorum: n. 409.

*Ocellularia defossa* Müll. Arg.; thallus glaucus, crassiusculus, irregulariter undulatim tuberoso-inaequalis, superficie ipsa laevis; apothecia omnino immersa, thallo marginante non emergente cincta,  $\frac{1}{4}$  mm. lata aut paullo minora, distincte defossa, margine interiore a thallino saepe circumscisso-segregato obtuso albescente integro v. radiatim fissio-lobato tecta v. etiam nuda et discus defossus tum obscurus; lamina vitreo-hyalina, epithecium obiter fusco-obscuratum, hypothecium flavescenti-fuscescens v. subhyalinum, peritheciun lateraliter indistinctum, paraphyses capillares et valde tenellæ; asci 8-spori; sporae hyalinæ, fusiformes, utrinque acutatae, 16—19  $\mu$  longae et  $4\frac{1}{2}$ —5  $\mu$  latae, 7—10-septatae. — Affinis *Ocellulariae terebranti*, s. *Thelotremati terebranti* Nyl. Lich. Andam. p. 7. — Timor in silvis montanis ad pedem Taimanani, corticola: n. 386.

*Byssocaulon gossypinum*; *Byssocaulon molle* Nyl. Enum. gen. p. 419; *Lecidea gossypina* (Sw.) Ach. Lich. Univ. p. 217; *Pannaria gossypina* Tuck. — In Salomonis insula Bougainville, ad truncos muscosos: n. 526. — Planta a cl. Dr. NAUMANN sterilis tantum lecta est, quo statu a simillimo B. mollisculo ex insula Borbonia vix nisi thallo laeviore discernenda est.

*Chiodecton rubrocinctum* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 440; in

*Nova Guinea, corticolum: n. 440.* Thallus hinc inde rubens, non vere rubro-cinctus, verisimiliter tamen hujus loci, sed sterilis.

*Opegrapha aterula* Müll. Arg.; thallus macularis, albidus, tenuissimus; lirellae sparsae, adpresso-sessiles,  $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{2}$  mm. tantum longae et  $\frac{90-100}{1000}$  mm. latae, saepius 2—3-plo longiores quam latae, atrae; margines arcte conniventes, dein leviter hiantes, opaci; discus planus, valde angustus, niger et nudus; epithecium fuscum; lamina subhyalina; hypothecium supra basin integrum nigram peritheciis fuscescens; asci oblongo-obovoidei, 8-spori; sporae 13—15  $\mu$  longae, 3— $3\frac{1}{2}$   $\mu$  latae, fusiformes, 3-septatae, utrinque acutiusculae. — *Proxima brasiliensi* O. atratulae Müll. Arg. L. B. n. 457, sed lirillae tenuiores, vulgo abbreviatae, margines haud nitiduli et asci ambitu latiores; sporae utriusque bene convenient. — *Ascension*, in ramulis siccis: n. 42.

*Graphis* (s. *Eugraphis*) *venosa* Eschw. Bras. p. 77. — *Nova Guinea, corticola: n. 409.* — Planta visa sporis destituta est, sed forma, magnitudo et structura apotheciorum cum specie perfecte convenient.

*Phaeographis* (s. *Platygramma*) *dendriticella* Müll. Arg., tota similis parvulae Ph. dendriticae et Ph. subinustae, sc. thallus tenuissimus, albidus, nitidulus; apothecia innata v. leviter emergentia, stellatim ramulosa, ramuli obtusi et acuti; peritheciun completum, basi et lateribus tenui, fusco-nigrum, apice nigrum, margo acutus, tenui, leviter discum planum nudum et nigrum superans; epithecium olivaceum; asci sat angusti, 8-spori; sporae fusco-olivaceae, 4-loculares, elongato-ellipsoideae v. ovoideae, utrinque obtusae. — Nulli cognitarum nisi citatis affinis at sporarum minutie et structura valde distincta. Non est status junior unius comparatarum, nam sporas numerosas semper 4-loculares vidi bene ochraceo-obfuscatas. — *Guinea liberica* ad Monrovia, ramulicola inter caespites Ramalinae maculatae v. tenuis: n. 24.

*Verrucaria ceuthocarpa* Wahlenb. in Ach. Meth. Suppl. p. 22; Kerguelen ad Castle Mount. altit. 2000 ped. — Sporae quidem non visae, sed planta thallo nigro diffracto adeo bene cum illo V. ceuthocarpae, synonidiis praedito, quadrat, ut determinatio vix dubia. — *Verrucaria tessellatula* Nyl. in eadem regione lecta e descriptione thallo gaudet multo pallidiore.

*Pyrenula Santensis* (Tuck.) Müll. Arg. L. B. n. 487; Timor, in silvis montanis ad pedem Taimanani, corticola: n. 487.

*Anthracothecium libricolum* (Fée) Müll. Arg. Lich. Afric. occid. n. 52: Timor, prope Kupang, corticolum: n. 384.

*Trypethelium grossum* Müll. Arg.; thallus pallido- v. flavescenti-olivaceus, laevis, cartilagineo-corticatus; verrucae magnae, 3—6 mm. latae, convexae, subirregulares et hinc inde confluentes, cum thallo consimiles, modice polycarpicae; ostiola minute nigro-macularia, vix prominentia, haud peculiariter evoluta; perithecia tecta,  $\frac{1}{2}$  mm. lata, globosa, nigra,

in collum iis aequilongum sub apice distinctius excavatum nigrum abeuntia; nucleus albus; paraphyses laxe quasi in cellulas elongato-hexagonas clathratim connexae; asci cylindrici, sporis modice latiores, 8-spori; sporae hyalinae, 4-loculares, oblongato-ellipsoideae,  $15-19 \mu$  longae et circ.  $7\frac{1}{2} \mu$  latae. — Juxta novogranatense Tryp. ochrothelium Nyl. locandum est, cui extus (exceptis coloribus) subsimile, at grossius verrucosum et a quo jam sporis duplo et ultra majoribus differt. — Nova Guinea, corticolum: n. 409.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Botanische Jahrbücher für Systematik,  
Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie](#)

Jahr/Year: 1884

Band/Volume: [5](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Nachtrag zu den von Dr. Naumann auf der Expedition der  
Gazelle gesammelten Flechten 133-140](#)